



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 21. Francisca Romana a Paulo V. Cœlitibus adscripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. Junii in suis comitiis Claudiopoli habi-  
A. C. 1608. tis contra decretum a Protestantibus  
conflatum adversus Societatem confe-  
stati sunt.

## §. XXI.

*Francisca Romana a Paulo V. Ca-  
tibus adscripta.*

Præcipua hujus anni cura Paulus V. Pon-  
tifici Maximo fuisse videtur, ut Fran-  
ciscam patriam Romanam, paternæ stir-  
pis nobilitate Buxeam, matrimonii sui  
claritudine Pontianam, vitæ meritis  
inclytam ac supra sexus & naturæ vi-  
res mirandorum effectricem inter Vi-  
duarum cælestium cætus solemnii ritu  
receptam declararet, post annos ab  
eius obitu, sesqui centum & duodevi-  
ginti. Hæc anno Christi millesimo tre-  
centesimo octogesimo quarto felici sorte  
data est Ecclesiæ, quæ cum animam  
bonam sortita esset, undecimo ætatis  
suæ anno jugum Domini portare inci-  
piens, Christo virginitatem suam solemnii  
sponsione consecrare constituit. Verum  
Paulo Buxio & Jacobella Broffedechis  
eius parentibus impense sollicitantibus  
obediens Virgo Laurentio de Pontianis  
Viro prædiviti nupsit, quin tamen re-  
domesticæ cura illam a cælestium me-  
ditatione abstraheret. Inter cetera au-

tem

don

gul

Mo

fun

dib

pro

foc

mil

tier

afp

clai

ricu

fuæ

voo

sign

Eug

jusf

nifa

eo

rec

rur

nor

ten

bra

P

tem pietatis opera Romæ Religiosam Sæc. XVII.  
domum pro Virginibus oblatis sub Re- A. C. 1608.  
gula Sancti Benedicti Congregationis  
Montis Oliveti instituit, quas ipsa de-  
functo suo Marito quantocius nudis pe-  
dibus adiit, ac fune e collo pendente  
prona in terra multis lacrimis in earum  
societatem admitti efflagitavit, ubi Hu-  
militate, in proximum charitate, pa-  
tientia animique fortitudine, ac vitæ  
asperitate, aliisque virtutum donis in-  
claruit, donec consummato vitæ cur-  
riculo ad coronam iustitiæ anno ætatis  
suæ quinquagesimo sexto a Domino e-  
vocaretur, multis ante & post obitum  
signis ac prodigiis clarissima, quibus  
Eugenii IV. & Nicolai V. Pontificum  
jussu rite probatis Clemens VIII. Cano-  
nisationis caussam absolvere constituit,  
eo autem morte prævento Paulus V.  
recognitis anteactis Franciscam Sancta-  
rum Viduarum Catalogo die vigesima  
nona Maji adscripsit, ejusque festivita-  
tem die nona Martii quotannis cele-  
brandam indixit.

### §. XXII.

*Bernardi Maczieiovskii Cardinalis  
obitus.*

Primum hujus anni Mensem vitæ suæ *Ciacon.* in  
postremum habuit Bernardus Mac- *vita Clem.*  
*zieiows-* *VIII.*